

D. Episcopum Branchinum de Mediolano, & Abbatem legationis causa, ut ipsi inquirerent & viderent, per quas causas & per quas personas deficeret, ne prædicto D. Philippo Cardinali obediretur, tanquam Patriarchæ. Tunc suum fuit prædictis Dominis Legatis, & consultum, ut relaxarent interdictum; quod homines fierent magis benevoli, & promptiores ad concordiam, & ad compositionem; & sic prædicti Domini suspenderunt interdictum usque ad tempus, & beneplacitum eorum. Insuper suspensio interdicto, Canonici & alii sacerdotes noluerunt divina officia celebrare in facie sacerdotum profanorum, & eorum qui violaverunt interdictum; unde Canonici impetraverunt gratiam a Dominis Legatis, & a Domino Cardinali, ut sacerdotes profani mererentur absolvi. Sic obtenta gratia, omnes fuerunt absoluti a vinculo excommunicationis, sed non a vinculo irregularitatis; & hoc sacrosanctis tactis Evangelii Christi manualiter jurando, deinceps semper stare Ecclesiæ mandatis. Post hæc Domini Legati iyerunt Ungariam, exponendo negotia sua coram Rege, prout a Sede Apostolica habuerunt in mandatis. Quorum Legatorum unus ibidem mortuus est, & sepultus. Tunc omnibus expletis, Dominus Episcopus & Legatus susceperunt iter suum, redeuntes ad partes Forijulii. Invenierunt partes adversas rebelliores, quam prius, & perversiores. Tunc denuo revocaverunt interdictum in pristinum statum, & resinxerunt. Tunc lis orta est major, quam prius fuerat. Tandem post longi temporis spatium fatigati, & bursis evacuatis, compositionem fecerunt partes adversantes superdicto D. Philippo, volentes obedire, & in Patriarcham eum recipere; & sic concordati sunt in invicem, ipsum receperunt Patriarcham, sed non multum duravit; unde proverbium, *Qui sel in ore gerit, vix dulce spuerit nequit*. Tunc videns D. Philippus sic se illusum, recessit a Forojulii, & transfretavit, & ivit usque Paduam, deinde Romam. Ibi inito consilio, misit iterum quemdam Facin cum copioso exercitu maiore priore. Qui veniens ad partes Forijulii, ipsum totaliter destruxit, Terram Utini obsedit, cursum aquæ recepit; nec mollere poterant, nisi ex abundantia pluvie, quæ sæpius deo plente favebat; mollebant granum cum pistrinis. Tandem quadam die, Deo placente, magnus imber sive pluvia fuit. Ipsa Societas ejusdem Facin-Can fessi ex laborare, & propter imbrium aquas non valentibus pertransire aquas, Utinenses cum exercitu eorum insequuti sunt eos. Et ipsi versis tergibus fugam ceperunt; quidam ex eis submersi sunt, quidam capti, quidam occisi, & morti dediti; recipientes eis lances & bombardas machinas, & pauci ex eis evaserunt. Dein Utinenses cum exercitu suo cum gaudio de victoria laudes Deo referunt, ejusque Genitrici, qui eis talem dedit victoriam in secula seculorum Amen. Finita guerra, bursisque evacuatis, rebus amissis, villis crematis, fame Castris castigatis, non populi valentes ulterius bellare, nec guerram facere, videntes se desertos ex utraque parte concordiam querunt in simul; & sic factum est. Nuncios ex utraque parte mittentes, Dominum Apostolicum sunt consulti, ut mitteret eis unum Patriarcham, sive pastorem utilem, benignum. Qui aquiescens verbis vel litteris eorum, elegit eis unum, Johannem de Moravia, Fratrem Marchionis, & Fratrem Regis Bohemiarum non tamen legitimum, sed spurium. Nuncii vero redierunt cum gaudio, suamque imbiatam nunciaverunt; & omnes exultaverunt gaudio magno valde, laudantes eum qui fecit omnia.

Electio itaque facta Illustrissimi D. Johannis de Moravia Ecclesiæ Aquilegensis Patriarchæ, misit quemdam militem in Marescalcum suum; qui cum applicuisset, & antequam applicaret partes Forijulii, omnia fortilitia, omnia castra, omnia oppida, omnia bona Ecclesiæ Aquilegensis restituta sunt.

Johannes de Moravia Patriarcha Aquilegensis sedit annis VI. diebus XII. Qui cum primo venisset in Forojulii, reverenter atque gratanter susceptus est in Patriarcham. Tandem inimicitia orta est inter D. Patriarcham, & D. Federicum nobilem Militem de Savorgnano, ex parte hominum conquerentium & acculantium dictum D. Federicum, & ex parte Novercæ suæ, quæ quotidie proclamationes faciebat coram dicto D. Patriarcha, accusans eundem D. Federicum in multis. Qui Patriarcha, eoquod erat de parentela dictæ Novercæ supradicti D. Federici, credidit, & assensit verbis suis ambiguis. Unde idem D. Federicus cum consilio amicorum recessit a Terra Utini causa evadendi scandalum; & transtulit se Pinzanum, & aliis suis fortilitiis. Et Patriarcha recessit Soffimberch, & ad Civitatem Austriam, & ibi permanens per aliquod tempus. Tandem D. Federicus cum consilio amicorum reversus est in Terram Utini cum magno comitatu. Scientes autem inimici ejus, quod esset in Terra Utini, consilium inierunt, ut morti traderent eum; sicque res processit in actum. Venientes autem inimici ejus, & descendentes ab equis, intrantesque Capellam, & ipso aspergente se, mox unus eorum porrigens manum dexteram, ut moris esset amicitie, salutavit eum. Alii vero ensibus eductis, ejus cervicem recisa, subcubuit. Mortuo & occiso in Capella sua, illi ascendentes equos ceperunt fugam, quia illo die erat magna pluvia & ventus. O quam grande nefas, quæ profanum hominem quam magnus dolor & luctus fuit in Urbe Utini! Post mortem vero supradicti D. Federici res permansit inulta non post longi temporis spatium. Tunc Patriarcha permansit in Civitate Austria, & intelligens, quod D. Federicus erat occisus, ipsi qui occisioni interfuerunt in exilium sunt expulsi; & receptis omnibus quæ possidebant, aliqui Paduam ierunt, & alii alibi. Et illi, qui mortis D. Federici fuerunt causa, sunt hi; Henricus Bleon, Andreas Nasinguerra cum fratribus suis, & miles quidam supradictæ Novercæ avunculus D. Federici. Et ipsa similiter in crastinum a populo cum impetu in platea Communis Utini lethaliter percussa est. Patriarcha vero recedens a Civitate Austria, ivit Soffimberch, & stetit ibi; & illo anno ipse cepit, sive Marescalcus suus, S. Danielelem. Et idem Marescalcus interfecit duos fratres, & filios Conradum, & ipsum Conradum captivavit; & post aliquod tempus, compositione facta cum Patriarcha, promiserunt illi de S. Daniele obedire ei, & facere reedificare quamdam domum, in qua solebat Patriarcha descendere, & habitare in ea; quam domum ruinaverunt illi de Sancto Daniele propter superbiam eorum. Et facta est pax inter D. Patriarcham, & homines de S. Daniele; & dimisit D. Conradum, quem captivum habebat, & induit eum pulcras vestes. Eo anno, quo receptus fuit locus, Vernerius Favarotta proditio cepit Castrum Manzani, & expulit Dominum, tandem cujus erat Castrum, ibi guerram volebat ducere cum Patriarcha; sed facta pace, ut superius dixi, facta est etiam pax inter Thadæum, & Vernerium Favarotta; & restituit ei Castrum suum. Eo etiam anno Patriarcha multum minabatur Utinensibus, & vix audebant exire de Utino; & multi capti

in Rubricis V. ed. 16.

- a) dominum abb. h. b) predicto domino Philippo cardinali ob. t. patriarchal h. t. c) quoniam L. d) compositionem h. t. e) de ins. L. f) com. h. t. g) tandem h. t. h) deest h. t. i) de L. j) p. h. t. k) de victoria h. t. l) castigat h. t. m) vel h. t. n) legimus sed apertius h. t. o) exultant L.

in Rubricis V. ed. 16.

- a) moravia h. t. b) marescalcum h. t. c) de L. d) in multis add. L. e) dictum L. f) evadendi h. t. g) Soffimberch h. t. h) Austrie L. i) burg. om. on. h. t. j) de Rubricis h. t. k) om. L. l) vere h. t. m) com. utini om. L. n) consilia L. o) invicem add. h. t. p) actum h. t. q) enim L. r) poluere L. s) profanum poluere h. t. t) Rubricis, suppletum fortasse. u) longi h. t. v) p. h. t. w) introfuerant h. t. x) mori h. t. y) comites L. z) Nasinguerra L. aa) Soffimberch h. t. ab) ruina-verunt h. t. ac) captivum h. t. ad) Vernerius h. t. ae) de L. af) expulit. t. tandem h. t. ag) deest h. t. ah) ei h. t. ai) de h. t. aj) de h. t.